

farum regionum. 3. Calix afflictionis. 4. Alexander M. juvenis & Leo. 5. Satrapæ ejus pueri pastoris. 6. Similitudines à vindemiatoribus, furibus, aquila, parturiente. 7. Chaldæi filii Orientis. 8. Ar-  
*ois* pro potentia. 9. Gladius pro cæde. 10. Solum pro regno.

2. Τα γνωμικά.

Observentur vs. 11. 12. 24. 38. 39.

3. Τα δημηγορικά.

Tres habeantur ex hoc capite *Conciones*. 1. De Moabitis. 2. De Edomitis. 3. De Damascenis, Kedarenis & Elamitis.

vs. 12. Sicut & similitudo à parturiente pertinet ad Dom. Jubilat.

vs. 38. ad 22. Trinit.

vs. 39. ad Fest. Magorum. (explementum vaticinii) & Pentecost.

## CAPUT L.

### Continuatio.

**H**Athenus Propheta concionatus est adversus gentes *Palæstinae* finitimas: In hoc & sequentibus capitibus se confert ad *Babylonios* & *Chaldaeos* populos remotiores & planè exteros.

### Argumentum Capitis.

Traetatur in hoc capite de *Monarchia Babylonica* vel *Chaldaeorum* *πρωλευθρία* & hujus causis, nec non de *Hebræorum* ex captivitate *Babylonica* liberatione. Caput in genere est *ωροφητικόν*: In specie autem partim *ἀπὸ πληκόν*, partim verò *ἐπαγγελτικόν* & *ωροφητικόν*.

### ὑποκείμενον γένος.

ὑποκείμενον γένος est *Regnum Babylonicum* vel *Monarchia Babylonica Chaldaeorum*. Habet autem *Babylon* nomen sibi impositum à *Lingvarum* confusione, de quâ *Gen. 11*. *Babel* enim *Hebræis* idem est, quod confusio, alio nomine dici consuevit *Sinear* *Gen. 10, 10*. Sicut *Babylonia* i. e. tractus circa *Babylonem* terra *Sinear*. Fuit *Urbs* primaria & sedes *Monarchiæ Chaldaicæ*, quam occupavit *Cyrus*, simulq; cum hac *Monarchiæ* sede transtulit istam à *Chaldæis* ad *Persas* *Dan. 5*. Sita fuit *Babylonia Palæstinae* respectu ferè ad *Septentrionem*, unde & à *Prophetis* terra *Aquilonis*, appellatur *Babylonia* paruit etq; adha-

adha-